HELIAE CAPREOLI IN CHRONICA DE REBVS BRIXIANORVM AD.S.P.Q.BRIXIANVM PROOEMIVM.

OMNES OMNIVM PROBITATES & laudes (ut. M. Cato: & Criſpus Saluſtius ſcripſere) tot ac tantæ uidentur quot ac quantas fecerint eas eoꝝ ingenia qui uniuſcuiuſq; facta deſcripſerint. Vnde Cæſares illi citeriores poſt. xii. de quibus Suetonius tranquillus auctor grauiſſ. ſcripſit. Et ſi uirtute rebuſq; geſtis quibuſdam ex primis illis æquari ne dicã præferri poſſint. Quia tamen Helius ſpartianus Iulius capitolinus: & alii quidam humiliori ſtilo de illis ſcripſere eorũ laudes probitateſq; in obſcuro & abdito latere uidentur: ut etiã qui fuerint haud facile cognitu uideatur. Quare Alexandrum magnum macedonẽ ubi ad Achillis ſepulchrum ueniſſet: grauiter ingemiſcentem dixiſſe aiũt. O felicem iuuenem: qui uirtutum tuarum talem reperiſti præconem: Homerum intelligens: Qui Achillem tot tantiſq; laudibus extulerat: quantũ ipſe excellebat ingenio. Quorſum hæc tendant ne fortaſſe requiratis ciues. Quur hæc una urbs noſtra: quæ ſicut rebus bello paceq; feliciſſime geſtis ſemper floruit ita quoq; ingeniis optimis abũdauit: optimorum tamen ſcriptorum inopia: quæ fuerit & ſit iam pene neſciri uideatur. Occidit (prohdolor) multis quidam [illegible]

M. Cato.
Sal. Criſpus
Suet. Tranquillus.
Helius ſpartianus.
Iulius Capi.
Alexander Mag.
Achillis Sepul.
Homerus poeta

Patrarcha.
Giunto Alessandro a la famosa tomba
Del forte Achille sospirando disse
O fortunato che sì chiara tromba
Trovasti che di te sì alto scrisse